UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Redemptoris DCC.XIV. perducitur vsq[ue] ad Annum DCCC.XLII. quo & orta hoc sæculo in Oriente, debellata est penitus Iconoclastia; vt planè qui Tomum hunc Panopliam dixerit aduersus impios Iconoclastas, veritatis scopum attinget, Continet annos C.XXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 738. Gregorii Pap. III. Annus 8. Leonis Isavr. Imp. Annus 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15233

Visual Library

etiam ad mulierculas transferri hoc execrãdum ſcelus, & eis adſcibere in ſpiritum conuerſis cauſam eorum qui moriebantur antetempus. O ſtuporem, ô cordis oculorum cæcitatem! Si corpus longitudine, profunditateq́; & latitudine compactum ac conſtipatũ, in ſpiritum diſſolutum procedit, & hoc facere conceditur? Chriſtus ergo qui eſt ipſa Veritas, dicens: Spiritus carnem & oſſa non habet, reputatus eſt phantaſma ab iis qui hæc aſſerunt. Quem etiam Chriſtum quoque, qui veram carnem ſuſcepit, & ſpiritum carnem & oſſa non habere, verè affirmauit diſcipulis: nulla re circumſcribitur, quo minùs ſit phantaſia? Circa hæc ergo cenſens, & citra dubitationem iudicans Gregorius, fœminas abſoluit à criminibus. Qui tunc rerum potiebatur, erat iſte Leo Iſauricus (valde enim defendebat phantaſiam) cùm ſenſiſſet ſic iudicaſſe Gregorium, miſit eum adduci ad ſe, à quo euidenter eductus de vero exitiali à ſe ſententia: enim quidem cecidit per ſummã ignominiam; illam autem ab eo ſententiam vel inuitus comprobat, vt qui à criminibus abſolutas conſeruauit mulierculas.* hactenus de Philippo Patricio Ignatius. Longior planè de his quæ dicuntur Strigæ, iucunda hîc eſſet diſputatio; ſed quod non vno ſed pluribus à diuerſis ea res commentarijs tractata ſit, habent; quos petant qui curioſa iſta diſquirunt. Satis ſit nobis ex hiſtorica veritate de his probata iudicia antiqua narraſſe.

IESV CHRISTI
Annus 737.

GREGORII PAP. III. Annus 7. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 22.

I. SEPTINGENTESIMVS trigeſimus ſeptimus adeſt annus, quinta notatus Indictione, quo tempore cum prædicatione ſancti Bonifacij Germanorum Apoſtoli Domini incultas ſiluas ad culturam redigens fertiliſſimas reddidiſſet, adfuit inimicus homo, vigilante licèt patrefamilias, qui ſuperſeminaret zizania hæreſis. Inter alios autem, vt ex litteris Gregorij Papæ ad Epiſcopos datis apparet, quidam Britones non ſecundùm DEVM ambulantes, æmulatione perciti, quòd Anglorum nouellæ gentis, quæ fidem haud pridem ſuſcepiſſet, aliqui potentes opere, & ſermone Apoſtolico munere multas prouincias ad Deum prædicatione conuerterent; hæreſim diſſeminare cœperunt, vt conſtat ex literis ipſius Gregorij Papæ inferiùs recitandis.

II. Quod igitur Bonifacius ſibi decertandum ſciret non ſolùm aduerſus Gentiles, quorum causâ acceperat Apoſtolatum, ſed aduerſus hæreticos: viſitandi in primis ex voto veteri ſacra limina Apoſtolorum occaſione, adeundi pariter ipſum Romanum Pontificem, Romam pergendi conſilium iniit, vt coràm de rebus tanti momenti ageret, quæ per legatos hactenùs apud ipſum rem pertractaſſet. Id namque fuiſſe Bonifacij animi inſtitutum, ex epiſtola Gregorij Papæ ad illos Epiſcopos reddita, de qua agemus anno ſequenti, ſatis poteſt intelligi. Porrò eius ad Vrbem profectionem ſequenti pariter anno contigiſſe, ratio temporis perſuadet, quæ certa ex epiſtola Gregorij ad eum reddita intelligitur.

III. Hoc anno pariter ſancto Ermino Epiſcopo ex Abbate Lobienſi defuncto, ſucceſſit in locum eius Theodulphus æquè ſanctus[b], quorum diem natalem colit Eccleſia Belgica, nempe Ermini die vigeſimaquintâ Aprilis, Theodulphi verò vigeſimaquintâ Iunij.

Quo pariter[c] anno Rex Anglorum Nordanhumbrorum Ceolulphus, ille ipſe ad quem Beda ſcripſit hiſtoriam de rebus geſtis Anglorum, diuino amore ſuccenſus, ſidereum relinquens regnum Eadberto capillis attonſis, monaſticam ſectatus eſt vitam. Ita quidem maiorum ſecutus exemplum, regnum nihili fecit, cum fide nouit ſe DEI filium eſſe, & CHRISTI cohæredem in regno Cœlorum. Ita meliùs ſancti per fidem vicerunt regna.

IESV CHRISTI
Annus 738.

GREGORII PAP. III. Annus 8. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 23.

SEPTINGENTESIMVS trigeſimus octauus annus adeſt Indictione ſextâ, quo ſanctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus Romam ad Apoſtolicam ſedem, ex qua Apoſtolatum acceperat, ſe contulit, vt inde acciperet quæ alijs poſſet infundere. Qui benè exceptus à Gregorio Papa, quæ petijt impetrauit. Iure namque diuinus Spiritus ſancto[d] prophetæ Apoſtolicos viros ſicut nubes oſtendit, vtpote quæ è mari aquas hauriunt, quibus longè poſitam terram irrigent. Sic igitur Bonifacius ex more iterum Romam venit, vt inde quæ in noua deſerti cultura opus eſſe videret, ab ipſa Romana Eccleſia poſſet accipere. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ſuorum temporũ ſcriptor Vuilibaldus eius diſcipulus in primis narrat, à quo accepit recentior auctor his verbis[e]: *Eo tempore Romã ire decreuit, tum vt Pontificis Apoſtolici, quem ex facie nondum nouerat, conſpectu frueretur & colloquio; tum vt Apoſtolorum & aliorum illic quieſcentium Sanctorum ſeſe precibus commendaret.* Porrò eius aduentus Romam etiam cauſam illam fuiſſe docent Gregorij litteræ ad Germanos, vt ab ipſo Gregorio doceretur de nonnullis ad curã animarum ſpectantibus. ſed pergit auctor: I.

d Iſa. 60.

BONIFA. ROMAM VENIT AD GREGOR. PP.

e Vit. Bonif. lib. 1. cap. 27.

Itaque proficiſcens multâ ſtipatus turbâ Francorum, Boiariorum, & Britãnorum, vbi Romam venit à Pontifice comiter acceptus eſt. Porrò Romani omnes tantâ eum veneratione proſequuti ſunt, vt ad ſalutarem eius hauriendam doctrinam non pauci cõfluerent, illumq́; apud ſe diu retinerent. Antiquitùs namque Romanis fuit in more, vt cùm magni nominis & famæ ſanctitatis virum aliquem Romam ſcirent adueniſſe, eum frequentes ambirent, colerent, & omni officio proſequerentur. Ita namque actum cum Athanaſio, Epiphanio, Hieronymo, Petro Alexandrino & alijs pluribus, ſuis locis ſuperius dictum eſt. ſed pergit auctor: *Cùm autem Bonifacius diſcedere vellet, muneribus & reliquijs Sanctorum, quaſcunq; petijt, à Pontifice liberaliter & honorificè donatus eſt.* Tunc contigit, vt idem ſanctus Bonifacius petierit ab eodem Gregorio Papa concedi ſibi Vuilibaldum Anglum, qui poſt peregrinationem Hieroſolymitanam conſederat in monaſterio Caſſinenſi. De his enim hæc leguntur in vita ipſius à ſancta (vt creditur) Vualpurga ſorore ſcripta[f]: *Tranſactâ itaque tunc decem annorum intercapedine, venerãdus ille vir ſanctus Vuilibaldus ſacram ſancti Benedicti regularis vitæ inſtitutionem, quam omnipotentia Dei auxilio, illorumque adminiculo, quam ſuper longa locorum ſtudia, & ſuper vaſta marginũ vias in redemptionem animæ, & in opem præſentis vitæ requirebat, omnimodo prout fore poſſet, obſeruare conabatur: & non ſolum ipſe ſed & alios cum illo in veneranda regularis vitæ veſtigia præeundo perducebat.* II.

BONIFA. BENIGNE HABITVS A PONT. AC ROMANIS.

f Habetur to. 4. Aut. lect. Caniſ. pag. 507.

Poſt hæc itaque vnus presbyter, qui de Hiſpania veniens ad ſanctum Benedictum manebat, licentiam rogabat Abbatem Petronacem ad Romam pergere. Statimq́; ille licentia poſtulata, rogabat ſanctum Vuilibaldum, vt cum eo pergeret, & illum duceret ad S. Petrum. Et ille ſtatim petitionibus eius conſenſum ſeu effectum promittebat. Cumq́; illi pergerent, ad Romam venerunt, atque illicò baſilicam ſancti Petri intrantes, ſacra cœleſtis Clauicularij præſidia poſtulauerunt, illumq́; ſe commendauêre pium precum patrocinio. Tunc ille ſacer Apoſtolicæ Sedis Pontifex Gregorius, Tertius, venerandum virum ſanctum Vuilibaldum illic eſſe comperiens, præcepit illum ad ſe venire. Cumq́; illuc veniſſet ad ſanctũ ſummi ſacerdotij Pontificem, ſtatim prono vultu in terram ſe vertebat, & illum ſalutabat: protinusq́; ille pius populorum ſpeculator, pijs verborum viciſſitudinibus itineris ſui ordinem inſtigare cœpit ab illo, quomodo ſeptem annorum calculum in* inexternis terrarum finibus probando peragraret, aut quomodo multa temporum ſpatia pernicioſas Paganorum prauitates penetrando euaderet, diligenter ab illo ſciſcitabatur.*

* pro piarum

*extremis

Statimq́; tunc ille agilis Chriſti vernaculus, glorioſo gentium

gubernatori, ſapienti ſermonum induſtria humiliter edifferendo, ſeriem ſui itineris ex ordine intimauit, qualiter modo multas migrando mundi iſtius peruicauit manſiones, & quomodo almam Altiſſimi aetherum plaſmatoris Natalem aduentus ſui locum in Bethleem adorando, opem poſtulando, luſtrandoque perambulabat. Et nihilominus almam baptiſmatis eius in terram in Iordane ſpeculando, ſeq; balneando viſitabat. Sed & in Hieruſalem, ſicque in ſanctam Sion, vbi ſacer ſaeculorum Saluator in Cruce ſuſpenſus, peremptus eſt atque ſepultus, & poſtea in monte Oliueti in caelum aſcendit, ſic quattuor vicibus veniendo orabat, & Domino ſe commendabat, iſta omnia illi intimando explanabat.

Poſtquam haec omnia delectabilibus verborum ſermocinationibus inter ſe fabulantes voluntabant, ſacer ille ſummusq; Apoſtolicus Pontifex, ſobrijs ſermonum indicijs teſtando intimauit beato Vuilibaldo, quod ſanctus Bonifacius rogabat illum vt ipſum ſanctum Vuilibaldum à ſancto Benedicto adduci, peruenireq; feciſſet, & ſic illum trans ſubſummatim mitteret, ac illi in gentem Francorum expediendam cooperatorem efficeret. Cumq; iſta ſancti Bonifacij voluntatem votiua deſideria dominus Apoſtolicus Papa Gregorius Tertius ſancto Vuilibaldo indicaſſet, placidis illum exhortationum [a] *oraculum rogando ſeu praecipiendo accerſiuit, vt ad ſanctum Bonifacium veniret. Tūc ille inclytus Chriſti athleta ſanctus Vuilibaldus petitionibus Pontificis ſimulq; v ſionibus ſe ſolerter ſubſummatim effectum ſeu obedientiam perficere promittebat: ſi ſecundum regularis vitae diſciplinam licentiam illi à ſuo poſtularet Abbate. Statimq; ſummus ille ſanctae auctoritatis Pontifex reſpondit, illumq; ſine ſollicitudinis ambiguitate ſecurum ſuae inſignis licentia obedientiae aliter pergere praecepit, dicens: Quia ſi illum ipſum Abbatem Petronacem viſum tranſmittere me libet, certè contradicere mihi licentiam non habet, nec poteſtatem. Confeſtimq; tunc ſanctus Vuilibaldus ſacris ſermonum exhortationibus conſenſum, atque ſe ſpontaneè exhibere reſpondit. Et non ſolum illuc ſed vbique in omni terrarum loco, quocumque illum tranſmittere dignaretur, deuotè ſine deſide differentia, ſecundum voluntatis ſuae arbitrium ſe pergere ſpondebat, &c.* Abijt ergo cum ſancto Bonifacio, & ſui Apoſtolatûs egregiè perfunctus munere, Ethſteten ſem cathedram ab eodem Bonifacio Apoſtolica auctoritate eſt conſecutus. Vuinibaldum quoque Romae degentem perſuaſum à ſancto Bonifacio, vt pergeret in Germaniam, eius vitae Acta teſtantur [b]. Sed proſequamur redeuntem in Germaniam Bonifacium, qui praeter alia charitatis officia à Gregorio Papa exhibita, quaſdam etiam ab eodem epiſtolas ad Epiſcopos, Abbates, & omnes Germaniae Principes accepit, quarum exempla hic deſcribemus [c]:

[a] E oracula

[b] To. 4. antiq. lect. pag. 520.

[c] Cod. lib. 2. cap. 28.

EPIST. DATA BONIFACIO REDEVNTI.

Gregorius ſeruus ſeruorum Dei dilectiſſimis nobis omnibus Epiſcopis, venerabilibus presbyteris, religioſis Abbatibus omnium prouinciarum.

Domino cooperante, & ſermonem confirmante, praeſens ſanctiſſimus vir Bonifacius frater & Coepiſcopus noſter, à deceſſore noſtro ſanctae recordationis Gregorio Praeſule in Germaniae partes miſſus praedicare verbum Dei: poſt multum temporis, orationis cauſâ, Liminibus ſacris Apoſtolorum Petri & Pauli praeſentandus aduenit. Qui perfectâ oratione, ad acceptum laborem, Angelo Domini praeueniente, à nobis eſt abſolutus. Cui veſtra omnium dilectio, ſeu reuerentia & religioſitas propter Chriſti amorem iuuamina impendere dignetur, dum & agnoſcitis, quae Dominus noſter Ieſus Chriſtus promiſit, dicens: [d] *Qui ſuſcipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet: & qui ſuſcipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.*

[d] Matt. 10

Et ſi forſitan quis ex veſtris miniſtris ſeſe ipſi ſanctiſſimo viro in miniſterio exhortationis ſanctae, Catholicaeq; fidei adiungere voluerit: nullo modo prohibeatis cariſſimi; ſed magis concurſum praebete, & ex veſtro ouili adiutores tribuite, qui poſſint per Dei gratiam ſufficienter Gentibus miniſtrare verbum praedicationis, vt omnipotenti Deo animas lucrifaciant: vt & veſtra communitas boni operis portionem ſortiatur, atq; illi mereantur Dominicam vocem audire: [e] *Vos qui reliquiſtis omnia, & ſequuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam aeternam poſſidebitis.* hactenus epiſtola, cui ſalutatio apponi conſueta, atque tempus datae eſſe noſcuntur. poſt hanc habetur illa ſcripta ad Germaniae Principes ſiue Optimates his verbis:

[e] Matt. 19

IV.

Gregorius Papa vniuerſis Optimatibus & populo prouinciarum Germaniae, Thuringis, & Heſſis, Borthaarijs, Niſtreſis, Vuedreuis, & Lognais, Suduodis, & Graueldis, & omnibus in Orientali plaga conſtitutis.

Quoniam deceſſor noſter ſanctae recordationis Gregorius Praeſul actu diuino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, praeſentium portatorem reuerendiſſimum fratrem noſtrum & Coepiſcopum ordinans ad vos vſque deſtinauit, eumq; regulam & normam Apoſtolicae & Catholicae fidei edocens direxit, & poſt temporum ſpatia orationis causâ ad Limina beatorum Apoſtolorum ſe praeſentauit, & quae ad ſalutem animarum pertinent, inde poſſit imbui. Nos, Deo fauente, vt ſacra docet Scriptura, cum ducantes, ad vos cariſſimi, remeandum voluimus: hortantes in Domino, vt dignè ſuſcipiatis ab eo verbum exhortationis, vt Epiſcopos vel presbyteros, quos ipſe ordinauerit per Apoſtolicam ſibi datam auctoritatem, in Eccleſiae miniſterio recipiatis. & ſi quos forſan deuiantes inuenerit à rectae fidei tramite, ſeu canonicam doctrinam eos prohibuerit, à vobis nullo modo impediatur: & quod ei impoſitum fuerit, obediendo propter Deum ſuſcipiat. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, ſibi ipſi damnationem acquirit. Vos autem cariſſimi, [f] *qui in nomine Chriſti baptizati, & Chriſtum induiſtis, abſtinete ab omni cultu paganorum, vitantes voſmetipſos corrigentes, ſed & ſubditos veſtros. Diuinos enim & ſortilegos, vel ſacrificia mortuorum, ſeu lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria & incantatores & maleficos, & obſeruationes varias, quae in veſtris finibus fieri ſolebant, omnino reſpuentes, atq; abijcientes, tota mentis intentione ad Deum conuertimini, ipſumq; timete, adorate, honorificate, Sanctorum* [g] *neceſſitatibus communicantes, vt ait Apoſtolus.*

Si enim fides veſtra ſecundum Domini noſtri dicta fuerit ſicut granum ſinapis, dicetis montibus: Transfer & transfertur. Item Dominus & Saluator noſter in ſuo ſacra eloquia docet, dicens [h]*: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Et iterum* [i]*: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo, qui in caelis eſt. Item & alibi* [k] *promittit, dicens: Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis. &* [l] *Petite, & accipietis, quaerite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit, & qui quaerit inuenit, & pulſanti aperietur. Et vos cariſſimi, facite fructus dignos, vt in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſidereas mereamini adipiſci manſiones.* Ita Gregorius, nouellas plantationes irrigans imbribus Euangelicis. Sed quas idem ad Epiſcopos prouinciarum Germaniae & Alemanniae dedit per eundem Bonifacium litteras, his addamus [m]:

Dilectiſſimis nobis Epiſcopis in prouincia Baioariae & Alemannia conſtitutis Vuigono, Luidoni, Rudolpho, Vuilo, ſeu Adda, Gregorius Papa.

Catholica ſanctorum Patrum auctoritas iubet, vt bis in anno pro ſalute populi Chriſtiani ſeu exhortatione adoptionis filiorum Synodalia debeant celebrari, vt cauſarum canonicarum examinatio prouenire poſſit, atque vt neceſſitas vniuſcuiuſque populi, pia educatio agatur. Vnde ſecundum Apoſtoli doctrinam, [n] *admoneo, & hortor vos, cariſſimi, per miſericordiam Dei, vt digne ambuletis ea vocatione quâ vocati eſtis, vt miniſterium veſtrum perfectum ſit coram Domino.*

Opportunum namque eſt, vos noſſe fratrem & Coepiſcopum noſtrum praeſentem Bonifacium, noſtram agentem vicem, condigno ac debito honore pro Chriſti nomine ſuſcipere, & mandatum Eccleſiaſticum cum fide Catholica ſecundum morem & normam S. Catholicae & Apoſtolicae Dei Eccleſiae, cui miſericordiâ Dei praeueniente praeeſſe videmur: ſicut Apoſtolicâ auctoritate inhibitum eſt, ab eo ſuſcipientes, dignanter teneatis, & gentilitatis ritum & doctrinam, vel venientium Britonum, vel falſorum ſacerdotum & haereticorum aut vndecumque ſint, renuentes ac prohibentes abijciatis: & vt populum vobis à Deo commiſſum ab admonitionibus edoceatis, & à ſacrificijs mortuorum omnino abſtineatis; & iuxta quod fuerit à praedicto noſtro conſacerdote eductis, ita Catholicam & Apoſtolicam doctrinam teneatis. Deo Saluatori noſtro placeatis: cui quo vobis loco ad celebranda Concilia conuenire mandauerit, ſiue iuxta Danubium, ſiue in ciuitate Auguſta, vel vbicumque indicauerit, pro nomine Chriſti paratos eſſe inueniamini: quatenus cognoſcamus per eum manifeſtatum de veſtro conuentu, vt in die aduentus Chriſti Ieſu cum fructu boni operis ante eius tribunal aſſiſtere mereamini, dicentes: Ecce nos

& patri, quas dediſti nobis Domine: Non perdidimus ex eis quemquam. Vt & vos Dominicam vocem audire mereamini, dicentem: Venite benedicti Patris mei: percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. hactenus Gregorij Papæ litteræ, pergit auctor: *Hiſce litteris Pontificis inſtructus Bonifacius Roma diſceſſit: Ticinumq; veniens apud Regem Longobardorum aliquandiu moratus eſt.* nouerat eum antè, receperatque hoſpitio Luithprandus; potuit illic retinuiſſe Bonifacium cultus magni Doctoris Auguſtini, cuius ſanctiſſimũ corpus haud pridem è Sardinia illuc tranſlatum diximus. Quæ autem geſſit vbi ſe contulit in Germaniam, dicemus anno ſequenti, quo ea contigiſſe, ex alijs ad eum à Gregorio Papa redditis litteris poſſumus intelligere.

VI. Eodem planè tempore contigit, ipſum S. Bonifacium his ad ſuos dare litteras, de ſua peregrinatione eos certiores reddentis.

Dilectiſſimis filijs Geppan. & Eoban, Tacuino, Vuiz, & omnibus fratribus, & ſororibus noſtris, Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei in Chriſto perpetuæ charitatis ſalutem.

Notum ſit charitati veſtræ, & gratias agite Deo, quia cum proſperitate venientes ad limina beati Petri principis Apoſtolorum, gradantes nos cum gaudio Apoſtolicus Pontifex ſuſcepit, & de legatione noſtra læta reſponſa reddidit, & conſilium, & præceptum dedit, vt iterum ad vos reuertamur, & in cœpto labore perſiſtamus. Nunc autem hic expectantes ſacerdotum Concilium, vel Synodi conſultum, adhuc ignoramus quando hoc fieri faciat Apoſtolicus Pontifex; ſed eo finito, Deo volente, & vita comite ad veſtram præſentiam feſtinabimus. Hoc autem ſcientes, vos cum ſraterna caritate & fidei vnitate expectate, alter alterius onera portantes ſic adimplebitis legem Chriſti, & gaudium noſtrum renouabitis. Valete in Chriſto, & orate pro nobis. Ex his apparet, dici poſſe, Bonifacium redeuntem non mox ſe in partes interiores Germaniæ infudiſſe, ſed Auguſtæ conſediſſe, vbi iuſſam à Pontifice Synodum expectaret.

VII. Iam verò laborantes Hiſpanias & ſub Sarracenorum iugo gementes inuiſamus. Factum eſt, vt cùm antiquæ nobilitatis Hiſpani memores, vtcunq; regni titulum propagare ad poſteros conati impiorũ Arabum ſeruitutis impatientes, inſtar Machabæorum montana petijſſent, & (vt vidimus) Pelagium regulum ſibi conſtituiſſent: atque vbi ipſe Dei virtute miranda operatus eſſet, poſt annos decem & octo quibus regnauit, decedens filio regnum reliquiſſet, & ipſe anno ſecundo regni extinctus eſſet: gener Pelagij, nomine *Adelſonſus, regni ſuſceperit habenas hoc anno ſeptingenteſimo trigeſimo octauo, vt per Eræ notam Tudenſis enumerat, vbi ait: *Era ſeptingenteſima ſeptuageſima ſexta Adelſonſus Catholicus ab vniuerſo populo Catholico in Regem eligitur.* pergit dicere de eius genere ex Reccaredo Gothorum rege proueniente, his verbis: *Fuit namq; Petrus ex Reccaredi ſereniſſimi Gothorum Principis progenie ortus, qui deletam carnis exoluens filios ſupradictum * Adelſonſum ſcilicet & Froilam reliquit. Sed Adelſonſus cui Pelagij filia nupſerat, ſtimmartus Fauila Pelagij filio, in Regem conſtituitur, cum Froila contra Sarracenos exercitum mouens plures ciuitates ab eis poſſeſſas recepit, &c.*

VIII. Benè quidem ceſſit rebus Hiſpanicis, vt Sarraceni maximo ſuo ipſorum damno Gallias bello tentârint, vbi ad internecionem ſæpè deleti ſunt à fortiſsimo duce Carolo cognomento Martello. Qui hoc ipſo anno eoſdem Sarracenos Prouinciam regionem occupantes vincens in fugam egit, eamque ſibi vindicans Francorum regni coronæ coniunxit: Ex victorijs ergo Francorum in Sarracenos, eorum vires nonnihil ſunt imminutæ, vnde factum eſt vt Hiſpani profugi non ſolùm ſuæ ipſorum ſaluti proſpexerint, ſed ad propagandum regnum adiecerint quoque animum, ſub Rege Adelfonſo maximè pio, de quo iſta Tudenſis dicere pergit: *Humilis Rex fuit, & hominibus amabilis extitit: Eccleſias, nefando Mahometi nomine remoto, in nomine Chriſti conſecrare fecit: Epiſcopos vtcunq; ciuitati quas capere potuit & retinere, prepoſuit ſecundùm traditionem ſacrorum canonum atq; Eccleſias auro, argento, lapidibus pretioſis, & ſacralegibus decorare ſtuduit.* hucuſq; Tudenſis.

IX. Quod verò ſpectat ad nobilem, inſignem, & egregium eius titulũ, vt dici voluerit Rex Alphonſus cognomento, Catholicus, ſic accipe: Qui à Reccaredo Catholico Rege ducebat originem, eius quoque gloriæ æmulus, quam ille ſibi iuſtè peperit ex propagata Catholica fide in Gothos gentiles ſuos, ob quam cauſam in Epiſcoporum Concilio Rex Catholicus eſt acclamatus: iſte ſicut regni ita & tituli voluit eſſe ſucceſſor, atq; dici cognomento Catholicus. Quod intermiſſum à ſucceſſoribus Ferdinandus Aragonius Hiſpaniæ Rex cum ex omnibus titulis, Regumq; coronis nil glorioſius fulgere ſciret, quàm ex illibata cuſtodita religione comparatum Catholicum cognomentum: enixis precibus à Iulio eius nominis Secundo Romano Pontifice impetrauit, vt eiuſmodi titulus hæreditarius eſſet omnium Regum Hiſpaniarum: quod Dei benignitate etiam cum augmento dominij feliciter in poſteris perſeuerat. CVS TITVLVS VNDE REGIBVS HISP. PROVENERIT.

Intereà verò cùm iam è Gallijs fuiſſent Sarraceni penitùs fugati, Epiſcopi qui remanſerant, ad reſtaurandas Eccleſias ab eis exuſtas animum addixere; & inter eos huic operam egregiam nauauit Vuilicarius Epiſcopus Viennenſis, de quo iſta apud Adonem eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopum: *Vuilicarius Acyncberto venerabili Epiſcopo Viennæ ſuccedit. Qui ob cladem Sarracenorum, cùm eſſet domus præclariſſima Martyris citra Rhodanum ab eis incenſa, oſſa beati Ferreoli cum capite Iuliani Martyris intra vrbem tranſtulit, eiq; accelerato opere, non magno pretio Eccleſiam conſtruxit, vbi & eorumdem Martyrum reliquias reuerenter cõpoſuit. Idem Vuilicarius, quum furioſo & inſano ſatis conſilio Franci res ſacras Eccleſiarum ad vſus ſuos retorquerent, videns Viennenſem Eccleſiam ſuam indecenter humiliari, relicto Epiſcopatu in monaſterium ſanctorum Martyrum Agaunenſium ingreſſus vitam venerabilem duxit. Vaſtata & diſsipata Viennenſis & Lugdunenſis prouincia, aliquot annis ſine Epiſcopis vtraque Eccleſia fuit, laicis ſacrilegè & barbarè res ſacras Eccleſiarum obtinentibus.* hæc Ado. Porrò Anaſtaſius Bibliothecarius tradit ipſum Gregorium tertium Romanum Pontificem ad hunc Vuilicarium Epiſcopum Viennenſem miſiſſe pallium, ex quo putauit ipſe, tum in Archiepiſcopatum Viennẽſem Eccleſiam erectam fuiſſe. Sed longè antea ab ipſo fermè initio coaleſcentis in Gallia Chriſti Eccleſiæ fieri contigit, vt Eccleſia Viennenſis ſedes eſſet Archiepiſcopalis. X. DE VVILICARIO EPISC. VIENNENSI

IESV CHRISTI
Annus 739.

GREGORII PAP. III. Annus 9. | LEONIS ISAVR. IMP. Annus 24.

ANNVS ſequitur Redemptoris ſeptingenteſimus trigeſimus nonus, Indictione ſeptimâ, quo ſancti Bonifacij Germanorũ Apoſtoli culturâ Eccleſia Boioariorum floreſcit, aucta tribus ſedibus Epiſcopalibus. De his enim hęc habet recentior auctor ex eius diſcipulo & ſcriptore fideliſſimo Vuilibaldo [d]: *Inde recedens, Ticino ſcilicet, ab Vtilone Duce inuitatus, Boioariorum terras viſitauit, manſitq; apud illos diebus multis verbum Dei prædicans, veraq; fidei ſacramenta illic renouãs. Inter quæ etiam quoſdam Eccleſiarum deuaſtatores & populi euerſores profligauit, è quibus alij Epiſcopos ſe mentiebantur; alij miniſterium presbyterij ſibi vſurpabant: atq; alij alia innumera improba fingẽtes, magna ex parte populum ſeduxerant. Sed cùm tantam ſacerdotum fallaciam atq; malitiam aliter arceri non poſſe cerneret, Boioariæ prouinciam, Vtilone Duce conſentiente, in quatuor parœcias diſtribuit, eiſque tres eximiâ virtute viros præfecit, cùm eos prius Epiſcopos ordinaſſet.* I. BOIOARIA PROVINCIA AVGETVR EPISCOPATIBVS.

Ex his primus fuit Ioannes, quem voluit Saliburgenſis oppidi cathedram obtinere alter; Erimbertus qui Friſingenſi Eccleſiæ præfectus eſt. Tertius Gaubaldus Ratiſbonæ quæ eſt Boioariæ Metropolis, Antiſtes inſtitutus eſt. Vuiuilus verò à Præſule Apoſtolico iam ordinatus Pataujenſi Eccleſiæ Epiſcopus datus eſt, ſed eius parœcia, quæ quarta erat, iam à ſancto Bonifacio inſtar aliarum diuiſa eſt. Hic ergo Epiſcopis ita inſtitutis, correctiſq; ijs quæ in Boioaria geſſiſſet, Romano Pontifici per litteras indicauit. Ille verò eum facta exponbans, hunc in modum ei reſpondit:

[d] Apud Surium die 5. Iunij, lib. 1. cap. 31. 32. tom. 3.